ALEXANDER PP. VII

Morbio 27 (61)

Dilecte fili Salm̄ et aplicam ben̄. Vitae ac morum honestas aliaq. laudabilia probitatis et virtutum merita super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio Nos inducunt ut te
specialibus favoribus et gratijs prosequamur, Volentes igitur tibi qui, ut asseris, in Alma Urbe nostra pn̄s existis, et fervore devotionis accensus ad omnes etiam sacros et pbratus ordines ad titulum
patrimonij tui seu perpetui beneij ecclici quantocitius promoveri summopere desideras praemissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem teq. a quibusvis excoīs suspen. et interdicti
alijsq. ecclicis sententijs censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occone vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum pntium dumtaxat consequen. harum serie
absolventes et absolutum fore censentes supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi ut cum litteris dimissorialibus ordinarij tui a dilecto filio nostro in Alma
Urbe pta vicario in spiritualibus generali seu ab eo deputato vel deputando, vel extra urbem a quocumque quem malueris Catholico Antistite gratiam et commun. Sedis Aplicae haben. in propria
dioecesi residen. vel in aliena de dioecesani loci consensu pontalia exercen. per te eligen. ad quatuor minores quatuor feriatis vel non feriatis seu unica, et subinde ad sacros subdiaconatus
diaconatus et pbratus ordines tribus Dominicis seu alijs festivis diebus continuis vel interpolatis etiam extra tempora ad id a iure statuta ac interstitijs a Sacro Concilio Tridentino desig
natis non servatis annique curriculo non expectato, etiamsi in unoquoque ex dictis sacris ordinibus antequam ad alium promovearis te minime exercueris ad titulum patrimonij tui
seu beneij hmoi dummodo illud pacifice possideas illiusq. fructus, redditus et proventus ad congruam tui sustentationem sufficiant, tuq. ad id repertus idoneus promoveri et promotus in illis
etiam in Altaris ministerio ministrare libere et licite valeas apostolica auctoritate tenore pntium concedimus et indulgemus, necnon vicario seu ab eo deputato vel deputan., aut Antistiti per te
eligen. pto ordines hmoi tibi conferendi licentiam impartimur. Non obstan. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisq. contrarijs quibuscumq. Volumus autem quod donec tibi de ali
quo ecclico vel alio annuo reditu ad congruam tui sustentationem sufficien. provisum fuerit patrimonium tuum pdtum si te ad illius titulum promoveri contigerit alienare vel hypothe
care nullo modo possis. Datum Romae apud Sanctam Mariam maiorem sub Annulo Piscatoris die x. Januarij MDCLXIII. Pontus Nostri Anno Octavo

S. Ugolinus

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S

Dilecto filio Joannibaptæ Pô Clerico
Mediolanen

1663
Jan. 10

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 27 (61)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-187640423X-15/fragment/page=0002